Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



motheo ad uos a uobis ⁊ annun-
ciante nobis fidem et caritatem
uestram ⁊ quia memoriam uestri habe-
tis bonam desiderantes nos sem-
per uidere sicut ⁊ nos quoque uos
Ideo consolati sumus fratres in
uobis in omni necessitate ⁊ tribula-
cione nostra per fidem uestram quoniam
nunc uiuimus si uos statis in do-
mino. Quam enim gratiarum actionem
possumus deo retribuere pro uobis
in omni gaudio quo gaudemus propter
uos ante dominum nostrum ihesum cristum
nocte et die habundancius orantes
ut uideamus faciem uestram ⁊ comple-
amus ea que desunt fidei uestre. Ipse
autem deus et pater noster ⁊ dominus
ihesus cristus dirigat uiam nostram
ad uos. Vos autem dominus multipli-
cet et habundare faciat caritatem
uestram inuicem ⁊ in omnes uos quemadmodum
ad modum ⁊ nostram in uobis. Ad con-
firmanda corda uestra sine querela in
sanctitate ante deum ⁊ patrem nos-
trum in aduentu domini nostri ihe-
su xpi cum omnibus sanctis eius amen.

De cetero IIII

Dergo fratres rogamus uos
et obsecramus in domino
ihesu cristo ut quemadmodum ac-
cepistis a nobis quomodo uos oporteat
ambulare et placere deo sic ambu-
letis ut habundetis magis. Scitis enim
que precepta dederim uobis per do-
minum nostrum ihesum xpm. Hec est
enim uoluntas dei sanctificatio uestra
ut abstineatis uos a fornicacione
ut sciat unusquisque uestrum suum
uas possidere in sanctificacione ⁊ hono-
re non in passione desiderii sicut ⁊ gen-
tes que ignorant deum et ne quis fratrem
egrediatur neque circumueniat in ne-
gocio fratrem suum quoniam uindex est
dominus de his omnibus sicut predixi-
mus uobis et testificati sumus. Non
enim uocauit nos deus in immundiciam
sed in sanctificacionem. Itaque qui hec spernit
non hominem spernit sed deum qui etiam
dedit spiritum suum in uobis. De cari-
tate autem fraternitatis non necesse habemus
scribere uobis. Ipsi enim uos a deo didicis-
tis ut diligatis inuicem. Et enim faci-
tis illud in omnes fratres in uniuersa
macedonia. Rogamus uos fratres
ut habundetis magis ⁊ operam detis et
ut nostrum negocium agatis et operemini
manibus uestris sicut precepimus
uobis ut et honeste ambuletis ad
eos qui foris sunt et nullius aliquid
desideretis. Nolumus autem uos igno-
rare fratres de dormientibus ut non
contristemini sicut et ceteri qui spem
non habent. Si enim credimus quod ihesus
mortuus est ⁊ resurrexit ita et deus
eos qui dormierunt per ihesum ad-
ducet cum eo. Hoc enim uobis dicimus
in uerbo domini quia nos qui uiuimus
qui residui sumus in aduentu domini
non preueniemus eos qui dormierunt
quoniam ipse dominus in iussu ⁊ in uo-
ce archangeli et in tuba dei descendet
de celo ⁊ mortui qui in cristo sunt resur-
gent primi. Binde nos qui uiuimus
qui relinquimur simul rapiemur cum
illis in nubibus obuiam cristo in ae-
ra et sic semper cum domino erimus.

xxx

Itaque consolamini inuicem.